

Vom Himmel hoch – Altis de caelis

1. Vom Him - mel hoch, da komm' ich
 her, ich bring' euch gu - te neu - e
 Mär, der gu - ten Mär bring' ich so
 viel, da-von ich sing'n und sa - gen will.

1. Altis de caelis venio Novumque vobis nuntio, Quo maius et iucundius Nil percepistis auribus.	6. O res quam laeta omnibus! Eamus cum pastoribus, Laeto visamus animo, Quod Deus dat in Filio!	11. Faenum et incunabula Sunt purpura et serica, In quibus, Rex ditissime, Splendes fulgesque lucide.
2. Est natus puer hodie Ex casta vobis virgine, Puerulus tenellulus, Quo cunctus gaudet populus.	7. Attende, cor, et aspice: Quis iacet hic in stramine? Quis pulcher est infantulus? Est sane dulcis Iesusus.	12. Sic vere mihi indicas, Quantopere fastidias Terrenas res et glorias Honores et divitias.
3. Est verus Dei filius Salvator, Christus, Dominus, Salvabit ipse populum, Redemptor erit gentium.	8. O salve, hospes nobilis, Qui homines non respuis, Hanc venis in miseriam: Quid gratus Tibi porrigam?	13. O Jesu, meum animum Fac Tibi purum lectulum, In quo – ah, quantum gaudium! Quiescas in perpetuum
4. Salutem vobis tribuet, Quam Deus pater conferet, Nobiscum in caelestibus Vivetis regionibus.	9. Rerum creator omnium, Nunc ubi est imperium, Cum iaces in graminibus, Quae edunt bos et asinus?	14. Qua re exsultat animus Laetisque canit fidibus, Et verum clamat euoe Hoc salutari tempore.
5. En signum vobis indico: Nunc iacet in praesepio Amictus incunabulis, Qui mundum portat umeris.	10. En mundus quamvis latior, Auro gemmisque strator, Et margaritis splendidus Prae cunis his, heu quantulus!	15. Laus honor Deo Maximo Et parto Unigenito, Qui angelis est gaudium Et nobis novum saeculum!

DAS hader alles vns gethan sein gros
Lieb zu zeigen an / Des freu sich alle
Christenheit / vnd danck ihm des inn
ewigkeit / *Gloria.*

Ein Kinderliede auff die Weibenachten
das meiste theil aus dem Euangelio
LVC. II. Von der Geburt Christi gezogen
durch D. Mart. Luther.

Dom himel hoch da kom ich her /
ich bring euch güt te newe mehr / Der güt ten
mehr bring ich so vil / da uon ich singen vnd

sa gen wil.

DES ist ein kindlin heut geborn / von
einer iungfraw auserkom / Ein kinde-
lein so zart vnd fein / das sol ew: freud
vnd wonne sem. *Das II.*

Es ist der Her: Christ vnser Got / der
wil Euch füren aus aller not / Er wil
ew: Heiland selber sein von allen sün-
den machen rein. *Das III.*

N bringe euch alle seligkeit / die Got der
Vatter hat bereit / Das th: mit vns im
himmelreich / solt leben nun vnd ewig-
leich. *Das IV.*

D mercket nun das zeteiben rechte / die
krieffen windlein so schlecht / Da sin-
det ihr das kind gelegt / das alle welt
erhelt vnd tregt. *Das V.*

Strassburger Gesangbuch von 1541

Bildquelle: https://de.wikipedia.org/wiki/Vom_Himmel_hoch,_da_komm_ich_her